

# Electronic Manipulus florum Project

## www.manipulusflorum.com

### Predicacio as cum editione moderna

Videant quos a  
predicationis officio  
etas uel imperfectio prohibet e  
tamen precipitacio mouet, ne

cum intempestive arripiant quod non  
ualent, perdant illud quod  
tempestive aliquociens implere  
possent, nam et

pulli auium si ante pennarum  
perfectionem uolare appetant, unde  
in alta ire cupiunt, inde in ymma  
cadunt,

sic et conceptam sobolem  
si priusquam formetur femina  
profert, non tam domum quam  
tumulum replet.

Gregorius in pastorali.

At contra ammonendi sunt quos a  
praedicationis officio  
uel imperfectio, uel aetas prohibit, et  
tamen praecipitatio impellit, ne dum  
tanti sibi onus officii praecipitatione  
arrogant, uiam sibi subsequentis  
meliorationis abscidant, et  
cum arripiunt intempestive quod non  
ualent, perdant etiam quod  
implere quandoque tempestive  
potuissent, atque scientiam, quia  
incongrue conantur ostendere, iuste  
ostendantur amississe. Ammonendi sunt  
ut considerent quod  
pulli auium si ante pennarum  
perfectionem uolare appetunt, unde  
ire in alta cupiunt, inde in ima  
merguntur. Ammonendi sunt ut  
considerent quod, structuris recentibus  
necdumque solidatis, si tignorum pondus  
superponitur, non habitaculum, sed ruina  
fabricatur. Ammonendi sunt, ut  
considerent quod conceptas soboles  
feminae si priusquam plene formentur  
proferrunt, nequaquam domos, sed  
tumulos replent.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3,  
25 (SC 382, F. Rommel ed., p.434, ll.97-  
112).